UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XLIV. Quomodo Valentinianus Junior Eudoxiam Theodosii filiam duxit uxorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

Ob hæc igitur, ut dixi, ſumma omnium admiratione exceptus eſt Proclus. Imperatori vero propter ipſius manſuetudinem, tum alia multa contulit Dei providentia, tum hoc præcipue quod jam dicturus ſum.

σφόδρα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος· τῷ δέ γε βασιλεῖ διὰ τὴν πραότητα, καὶ ἄλλα μὲν πλεῖστα παρέσχεν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια· ἓν δὲ κἀκεῖνο.

## Caput XLIV.

*Quomodo Valentinianus Junior Eudoxiam Theodoſii filiam duxit uxorem.*

Erat ipſi filia, Eudoxia nomine, quam ex Eudocia conjuge ſuſceperat. Hanc Valentinianus ipſius conſobrinus, quem ipſe Occidentis partium Imperatorem creaverat, ſibi uxorem dari poſtulavit. Cumque Imperator Theodoſius id annuiſſet, & ambo Auguſti meditarentur alicubi in confiniis utriusque imperii nuptias celebrare, placuiſſetque ut ſinguli dimidium viæ peragentes Theſſalonicæ id facerent: Valentinianus Theodoſio per literas ſignificavit, ne ſe tantopere fatigaret: ſe namque venturum eſſe Conſtantinopolim. Poſtquam igitur Occidentis partes idoneis præſidiis firmaſſet, nuptiarum gratiâ Conſtantinopolim advenit. Quibus celebratis Iſidoro & Senatore Conſulibus, mox accepta uxore, in Occidentem reverſus eſt. Et hæc quidem eo tempore felicitas contigit Imperatori.

## Κεφ. μδ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος, Εὐδοξίαν ἔγημε τὴν θυγατέρα Θεοδοσίου.

Ἦν αὐτῷ θυγάτηρ ἐκ τῆς γαμετῆς Εὐδοκίας, ὄνομα Εὐδοξία· ταύτην Οὐαλεντινιανὸς ὁ ἀνεψιὸς ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἑσπερίων μερῶν καταστὰς βασιλεὺς, ᾔτησε πρὸς γάμον λαβεῖν· ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπένευσε Θεοδόσιος, καὶ ἐβουλεύοντο ἐν μεταιχμίῳ τοὺς γάμους τελέσαι, ἐδόκει δὲ μερισαμένους τὴν ὁδὸν, ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ τοῦτο ποιῆσαι, μηνύει Οὐαλεντινιανὸς μὴ σκύλλεσθαι αὐτὸν, ἥξειν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἀσφαλισάμενος οὖν τὰ ἑσπέρια μέρη, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν παραγίνεται τοῦ γάμου χάριν· οὗ ἐπιτελεσθέντος ἐν ὑπατείᾳ Ἰσιδώρου καὶ Σινάτορος, λαβὼν τὴν γαμετὴν, αὖθις ἐπὶ τὰ ἑσπέρια μέρη ἀνέδραμεν. τοιοῦτο μὲν οὖν, καὶ τόδε τῷ βασιλεῖ εὐτύχημα γέγονεν.

## Caput XLV.

*Quomodo Proclus Epiſcopus Imperatori perſuaſit, ut Joannis corpus ab exilio transferret Conſtantinopolim, & in Eccleſia Apoſtolorum deponeret.*

Nec multo poſt Proclus Epiſcopus, eos qui ob depoſitionem Joannis ſeſe ab Eccleſiæ corpore ſejunxerant, ad unitatem revocavit, eorum dolorem prudenti conſilio demulcens. Qua autem ratione iſtud perfecerit, jam dicendum eſt. Ioannis corpus quod Comanis ſepultum erat, annuente Imperatore Conſtantinopolim deportavit, anno poſt ejus abdicationem quinto ac triceſimo. Idque ſolenni pompa per urbem traductum, ingenti cum honore in Eccleſia Apoſtolorum depoſuit. Hoc igitur modo pacati hi qui Ioannis cauſâ ſeorſum conventus agebant, ad unitaté

## Κεφ. με'.

Ὡς ἐπίσκοπος Πρόκλος πέπεικε τὸν βασιλέα, τὸ σῶμα Ἰωάννου μετακομίσαι εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀπὸ τῆς ἐξορίας, καὶ ἐν τῇ τῶν ἀποστόλων ἐκκλησίᾳ καταθέσθαι.

Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ μετὰ τόνδε τὸν χρόνον, καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος τοὺς χωριζομένους διὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου καθαίρεσιν ἐπανήγαγε, φρονήσει παραμυθησάμενος τὴν λύπην αὐτῶν. τίς δὲ τοῦτο ἦν, λεκτέον· τὸ σῶμα Ἰωάννου ἐν Κομάνοις τεθαμμένον, βασιλέα πείσας, τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν καθαίρεσιν, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετεκόμισε· καὶ μετὰ πολλῆς τιμῆς, δημοσίᾳ πομπεύσας αὐτὸ, εἰς τὴν ἐπώνυμον τῶν ἀποστόλων ἐκκλησίαν ἀπέθετο· πεισθέντες οὖν ἐπὶ τούτῳ οἱ δι' αὐτὸν χωριζόμενοι, τῇ